

item:

qvater 15. dant 60. vel unum 0.

15.

900.

tot puncta satis
numerari possuntter sumta , efficiunt 4
3600. secunda, id est, unum gradum,
ut suprà. q. e. d.

PROP. 4.

§. 4.

Confiantur due lamelle ferreae, longit: circiter duorum pedum, latitud. & spissitud. pro lubitu, circa extremitates matricibus orichalcicis instructae, per quas transeat cochlea longit. sesquiped. dextro-sinistra, in medio habens manubrium, ut ita utrinque connexae in unam rectam lineam extendantur, ad 5. & ultrà pedes; posthac formentur duo coni, & inserantur ambobus circini cruribus, non procul à limbi cavitate distantes, tali industria, ut sint facile versatiles, per quorum foramina transire lamelle ferreae debent. Quando igitur instrumentum ad certam intercapelinem dilatare vel contrahere, itemque in datâ aperturâ retinere volueris, poteris id facile ope cochleae, utriusque cono adhærentis, illas vel adstringendo, vel relaxando, perficere.

PROP. 5.

§. 5.

Fiant Cylindri tres ex aurichalco, omnes unius ejusdemque magnitudinis, diligentissime tornati, unius palmi longitudine, diametro unius ditti; fiant præterea cylindri itidem tres alii, (rectius tubulos dixeris) paullum breviores, sed excavati ad tantam latitudinem, ut prioribus, sese mutuo contingentes, superimpositi, quasi pro operculo sint, facile tamen volubiles, in extremitatib. remaneant margines aliquantulum prominentes, cum incisuris ad instar crenæ diametraliter sibi oppositis, quibus aliae, sive lamelle tenues infigi & quantum requiritur, rimulae per eas ampliari vel coarctari pro lubitu possint. Omnibus his ritè dispositis, affigatur cylindrorum unus, qui alis sive lamellis planè sit & semper destitutus, centro, reliqui duo cruribus circini propè limbi convexitatem, sed ita, ut centra cylindrorum cum extremitate linearum interiori præcisè coincident, insuper summâ curâ illos firmari necesse est, ne interobservandum veltantillum nutent, adeoque à recto situ dimoveantur.

E 3

PROP. 6.